UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dialogvs De Veneratione & inuocatione sancto[rum], co[n]tra perfidia[m] Lutherana[m], ad reuerendissimu[m] in Chr[ist]o patre[m], illustrissimu[m]q[ue] principe[m] & d[omi]n[u]m D. Herma[n]nu[m] de ...

Hoogstraten, Jacobus van

Coloniæ, 1524

VD16 H 4813

Kolophon

urn:nbn:de:hbz:466:1-35673

Visual Library

HERETICI. Argumẽ. vij. Roma. viij.

¶Merita ſanctoꝝ in eis ſatis remunerata ſunt iuxta illud apl'i. Nõ ſunt cõdignæ paſſiones huius tpis &c̃. ergo ſancti recta uoluntate neq; uelle, neq; orare debent, opera ſua meritoria alijs prodeſſe.

THEOLO

¶Merita ſanctoꝝ ſatis ſupq; p ſupremã ſunt beatitudinẽ recõpenſata, quapropter etiã pro ſe nõ orant, meruerũt tñ alijs prodeſſe ut poſſint, nõ qdẽ quaſi hoc eoꝝ meritis, mercedis uice rependať, id q̊d ſatis cõuincit obiectio, alijs nẽpe mereri, ſoli Chr̃o eſt propriũ. Sed quia p ſua merita ad ſummã eiſq; debitã puenerũt beatitudiem, ad quã ſane mira reciprocatio ſecuta eſt, ut ſicut ipſi in dilectionẽ dei feruent, ita uiciſſim intimo amore deus eos proſequať, huius aũt nimiꝝ amoris ſeu diuinæ amicitiæ erga ſc̃tõs fructus eſt, ea diuinę pietatis beniuolẽtia, qua p̃ter ſupeſfluẽtẽ ac longe ſupra merita p̃miationẽ, dignos adhuc habet ſanctos, ut ſi nõ ſtricto alicuius debiti cõmertio, certe iure quodã amicitiæ pro alijs auſint ſupplicare, q̃uis ſuæ eorũ p̃ces, neq; bonũ aliquod eis afferant, neq; maiorẽ dei amicitiã ſibi cõcilient. Nã & imperator cũ fidelẽ & ſtennuum militẽ affatim remunerauerit, ac pro rebus a ſe fortiter geſtis ad ſublime, ſummũq; honoris faſtigiũ prouexerit, eo interpellante pro alijs, merita illa, qbus ad hanc imperatoris ſui peruenit amicitiã, etiam ſc̃dm hunc modũ, nequaq̃ ſine uberi fructu eſſe ſinit, q̃uis ille p̃cando, maiorẽ ſibi imperatoris amicitiam non conciliet, ſed proſit dũtaxat alijs non quidẽ quaſi id ſibi debeať, ſed ex ſola imperatoris liberali & gratuita id impetret benignitate, Iſtis itaq; prælibatis libet modo cum noſtro Lonicero certamen inire, Ipſe igitur loquatur.

¶Coloniæ in officina honeſti ciuis
Petri Quentell.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN